

12

3


2

*Ereccion de la Catedral*

*M.S.*



2327



+

B. 39.365

C. D. 9 (46. 745)

+

orig. amission... sigue se sup. obolant... dicitur se toll. nos y nos se tollit y qdora

La Ereccion de la Sancta Yglesia Metropolitana De Granada, y de las demas de su Arcobispado



joan de Herrera en nombre del Dean y Cabildo de la .s. yglesia de Grada. digo que al 22. de mi parte conuiene que del Archiuo de la dicha .s. yglesia de la Ereccion della, y de las demas yglesias deste Arcobispado que en el dicho archiuo estan originalm. se saque vn traslado authoricado en manera que haga fee, a lmd. pido y supp. mande al secret. de la dicha .s. yglesia me lo de en la forma dicha, o otro qualquier notario que lmd. mandare y para ello. &c.

Año 1592. En la ciudad de Grada. a veinte y dos dias del mes de mayo de mill quinientos nouenta y dos as. se presento esta peticion ante el prouisor de Grada. por joan de Herrera

En la ciudad de Grada. a veinte y dos dias del mes de mayo de mill quinientos nouenta y dos as. el lic. Aparicio de Ortega Prouj deste Arcopdo vista esta peticion mdo. que el dicho. S. o qualquiera not. de esta aud. saque los traslados de las dichas erecciones y los de en pua forma a la parte del dicho Dean y Cabildo, citada la parte si la viere assi lo mdo. y firmo.

El lic. Aparicio de Ortega. Antemi. Hiermo Serrano de Vargas. N.

En la ciudad de Grada. a veinte y dos dias del mes de mayo de mill quinientos nouenta y dos as. yo el dicho Hieronimo Serrano de Vargas not. suso dicho requeri con esta peticion y auto al lic. Pedro de Pab Maldonado. S. del Cabildo de esta .s. yglesia para que saque y haga sacar los traslados de las Erecciones de que en la peticion se hace mencion. El qual dixo que el esta ocupado que pues el auto manda que qualquier not. las saque que esta presto de me entregar los originales para que yo los saque y assi me entregó vn libro en guadernado en tablas con ciertos sellos pendientes en cordones de seda y estaua escripto en pergamino y lengua Latina y començaua Petrus de Mendosa. que el dicho secretario dixo ser las Erecciones desta sancta yglesia, y de las deste

A Arcobp.

Arcobp<sup>o</sup>, y dellos se saco y con ellos se corrigio el traslado que se sigue. Hieronimo Serrano del Targás. N.º 2

2

2

Blanco.

2

2

2

2

Yo Hieronimo Serrano

2

Yo Hiermo. Serrano de Vargas Notario Publico por authoridad App. y desta Aud. Arcobis-  
pal de Gra. descrito en el Archivo deuria Romana, En cumplim. del auto del  
lic. Aparicio de Ortega Prouy deste Arcobp. corregi e fice sacar de las Precio-  
nes de que en la peticion de atras se hace mencion este traslado que vno en post-  
de otro dice como se sigue.

**N**ouerint vniuersi & singuli hoc presens publicum transumpti instrumentum =  
inspecturi, Lecturi, & audituri quod nos Petrus de Santarem vtriusq; iuris doctor, =  
& sanctae Ecclesiae Granatens Cantor prouisor & Vicarius generalis in praedicta Ecclesia &  
tota eius Diocesi pro Reuerendis dominis Decano & Capitulo sanctae Ecclesiae Grana-  
teny. generalibus administratoribus in praedicta Ecclesia Granatensy. & in tota eius =  
Diocesi, sede vacante, ad reuerendi domini Francisci Velez canonici praedictae almae  
Ecclesiae Granatensy nomine Reuerendorum dominorum Decani & Capituli praedictae  
Ecclesiae Granatensis instantiam, & requisitionem omnes, & singulos sua communi-  
ter. s. diuisim interesse putantes eorumq; procuratores, si qui tunc erant in praedic-  
ta ciuitate Granatensy pro eisdem ad videndum, & audiendum infra scriptas litteras  
apostolicas siue processus creationis, & Erectionis Ecclesiarum Cathedralis, Collegi-  
atarum, & parochialium Granatensy diocesis, & quasdam litteras priuilegij catholico-  
rum Ferdinandi Regis, & Elisabeth Reginae dominorum nostrorum, & alium pro-  
cessum fulminatam per Reuerendum dominum Episcopum Palentinum virtute  
certarum litterarum apostolicarum cum cordulis siriceis rubei & aliorum colo-  
rum impendens sigillatas in pergamento scriptas produci, recipi, & postquam pro-  
ductae fuerint ad videndum & audiendum ipsas transumi exemplari publicari, & in  
publicam formam redigi, mandari, auctoritatemq; & decretum dictae curiae inter-  
poni. s. dicendum per vos instanter postulauit, & in eorum contumaciam supra =  
dictas litteras apostolicas & Regalia sub tenore infra scripto exhibuit, atq; =  
dedit, quas transumi exemplari publicari, & in publicam formam reddigi, manda-  
ri auctoritatemq; & decretum interponi per nos instanter postulauit. Nos tunc  
Petrus de Santarem doctor, Cantor, & prouisor praefatus dictos citatos non com-  
parentes reputauimus, non immerito pro vt erant quo ad actum & terminu  
huiusmodi suadendi iustitia contumaces, & in eorum contumacia dictas litteras  
ad manus nostras recepimus, illasq; vidimus, tenuimus, legimus, & diligenter ins-  
peximus, sanasq; integras, & illessas a communi prorsus vitio, & suspitione care

re reperimus, ipsasq; ulterius ad prædicti <sup>reuerendi</sup> domini Francisci Velez canonici ins-  
tantiam ulteriorem per discretum virum Joannem Suarez dictæ curiæ Archiepis-  
copalis Granatensy Notarium transumi exemplari, ac in publicam transumpti for-  
mam redigi fecimus, & mandauimus nostram, & dictæ curiæ auctoritatem iudicij  
Ordinariam & Ordinariam interposuimus, ac presentibus interponimus, Pariter & decre-  
tum, tenor vero dictarum litterarum apostolicarum sequitur, & est talis

**P**etrus de Mendoca miseratione diuina tituli sanctæ crucis in Hierusalem sacro sanctæ  
Romanæ Ecclîæ præbiter Cardinalis Hispaniæ Patriarcha Alexandrinus, ac sanc-  
tæ Ecclîæ Toletanæ Archiepiscopus, Hispaniarum Primas, & regnorum Castellæ ma-  
ior Chancelarius Episcopus Saguntinus &c. Vniuersis & singulis presentibus, & futu-  
ris salutem. Quum serenissimi, & potentissimi domini mei Ferdinandus & Elisa-  
bethæ Rex, & Regina Hispaniarum Siciliae, & Granatæ &c. Omnia regna & do-  
minia sua expulsa inde omni tyrânide paccasent indignum regia virtute indignum  
seipis iudicauerunt quod reliquum erat ætatis otio torpescere, ac pro eo qui regna =  
dat cælestia, terrenaq; ab ipso acceperant, non exponere, quare bellum arduum  
& maxime memobile contra infideles Agarenos, qui ex Africa commigrantes mai-  
nam nobilissimæ Beticæ prouinciæ partem, quæ Vulgò Regnum Granatæ  
appellatur à septingentis & septuaginta annis, & ultra detinebant, occupatam sus-  
cipere decreuerunt, susceptumq; tanta virtute, & constantia gessere vt nullis la-  
boribus & impensis, quin etiam proprio procerumq; nobilium, & subditorum su-  
orum sanguini non parcentes breui prurimas ciuitates, oppida, & Loca, ac Cas-  
tella minutissima, & ipsam deniq; diuino auxilio mirificè suffragante urbem =  
Granatam, quæ caput, regniq; sedes vt par erat existit persona, & opera nostra  
interuenientibus vi & armis expugnauerint, pulsaq; inde spurcissima secta ea =  
omnia catholice fidei restituerint, Christi, fidelibus incollenda dederint, verum =  
cum fidem ipsam orthodoxam cuius studiosissimi & obseruantissimi sunt in =  
eisdem locis longius propagare, ac omnia aduersum religionis cultum redigere  
studeant, à sanctissimo domino nostro Innocentio Papa. 8. supplices petierunt  
vt facultatem concederet erigendi & instituendi Ecclîas, dignitates, & beneficia =  
in eisdem ciuitatibus, oppidis, & locis ab infidelium sic nouiter ereptis, & fide-  
libus acquisitis, cuius sanctitas eorum pium & laudabile desiderium affectu be-  
neuolo prosequens quippe quæ huic sanctæ expeditioni armis apostolicis nequa-  
quam

quam hactenus defuerat, suas litteras apostolicas ad nos directas super **Soc** concessit, quas nobis pro parte prefatarum Maiestatum coram notario publico, secretario nostro, & testibus infra scriptis in pergamento scriptas, ipsiusq; sanctissimi Domini nostri vera Bulla plumbea in filis siriceis rubei, croceiq; colorum more Romanæ Curie impendentes bullatus, sanas, & integras, non vitiatas, non rissas, non chancelatas, neq; in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio & suspicionem carentes ut ex eis prima facie apparebat, originaliter presentatas cum ea, qua decuit reuerentia recepimus, quarum tenor de verbo ad verbum sequitur & est talis. —

**I**nnoceñtius Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Dum ad illam fidei constantiam & eximiam devotionis affectum, quos charissimus in Christo filius noster Ferrandus Rex, & charissima in Christo filia nostra Elisabeth Regina Castellæ & Legionis illustres ad nos & Romanam gerunt Ecclesiam diligenter attendimus, & paterna consideratione pensamus, quod ipsi veluti intrepidi Christi pugiles & athleta manu potenti, & fortissimo brachio infideles Agarenos Regni Granatæ cum validissimo exercitu nullis laboribus, nullisq; expensis parcendo continuè debellant, dignum immò potius debitum reputamus, ut eorum votis, in his præsertim, quæ beneficiorum Ecclesiasticorum & diuini cultus in illis partibus propagationem concernunt, affectu beneuolo concurramus, sanè quum sicut ex dilecti filij nobilis Eneji Lopez de Mendoca Comitis de Tendilla pro parte ipsorum Regis, & Reginae Capitanei oratoris ad nos destinati relatione intelleximus, cum Rex & Regina prefati veluti catholici principes, & Orthodoxæ fidei speciales zelatores contra infideles prædictos potenti manu pugnando nonnullas ciuitates, oppida, & loca dicti regni à manibus eorundem infidelium eriperint, & ad suam ditionem reducerint, sperentq; diuina opitulante oratua, totum regnum ipsum ab eisdem manibus eripere, & suo dominio submittere, ac summa deuotione desiderent pro diuini nominis exaltatione, & ut diuinus cultus in illis partibus vigeat, & florescat in cathedralibus & collegiatis Ecclesijs illarum partium, in quibus propter illarum ab eisdem infidelibus occupationem cultus Christi erat totaliter derelictus dignitates, ac canonicatus, & præbendas, necnon alia beneficia ecclesiastica de nouo erigi & institui. Nos eorundem Regis & Reginae laudabile propositum, ac sinceram deuotionem plurimum in Domino commen-

dantes, eorum in hac parte supplicationibus inclinati auctoritate apostolica tenore presentium statuimus, & ordinamus quod dilectus filius noster Petrus tituli sancte crucis in Hierusalem presbiter Cardinalis, qui etiam Ecclesie Toletane ex concessione & dispensatione sedis apostolice preesse dignoscitur, & venerabilis frater noster Archiepiscopus Hispalens, & eorum quilibet, nec non ipsius Archiepiscopi Hispalens. successores Archiepiscopi Hispalenses qui pro tempore fuerint per se vel alios in singulis cathedralibus, & collegiatis, & alijs Ecclesijs ciuitatum, oppidorum, & locorum dicti regni Granate iam acquisitorum, & in posterum diuino auxilio acquirendorum dignitates, ac canonicatus, & prebendas, & aliaq; beneficia Ecclesiastica in numero competenti de quo ei visum fuerit erigere, & instituire, & pro illorum dote decimas, fructus, redditus, & prouentus, & alia bona dictorum locorum, & per Regem, & Reginam prefatos concedenda & donanda, applicare, & assignare, omniaq; alia & singula in premissis, & circa ea necessaria & oportuna facere, exequi, & disponere liberè & licitè valeant. Super quibus omnibus & singulis Cardinali & Archiepiscopo Hispalensi eiusq; successoribus prefatis, plenam & liberam eisdem auctoritate, & tenore concedimus facultatem. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus dictarum Ecclesiarum iuramento confirmatione apostolica vel quauis firmitate alia roboratis, ceterisq; contrarijs quibuscumq;. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis, & concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare presumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli apostolorum eius se nouerit incursum. Datj Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto, pridie Nonas Augusti, Pontificatus nostri anno secundo, Hié, Balba, P. tuba. R<sup>ta</sup>. apud me Hié. = Balbarum. **Postquam quidem** litterarum apostolicarum presentationem & receptionem nobis & per nos ut premititur factas fuimus pro parte eorundem dominorum meorum Regis, & regine debita cum instantia requisiti ut ad complementum & executionem per insertarum litterarum apostolicarum & contentorum in eisdem procedentes in **Ecclesia Metropolitana Beatissime Virginis Mariæ de Incarnatione** Magnae urbis Granate, In qua verus Dei cultus nunquam viciuit, = aut propter diutinam illius ab infidelibus occupationem penitus fuerat intermis-

sus, interruptus, & profanatus. & etiam in alijs Ecclesijs eiusdem Urbis, & totius diocesis Granatensy. **E**rigere remus & institueremus dignitates, canonicatus, & prebendas, ac portiones, aliaq; beneficia, & officia Ecclesiastica quotquot, & pro ut melius expedire videremus. & in opido sanctae fidei ad expugnationem dictae urbis suis laboribus & expensis, suaq; industria, incredibili, ac potius diuina celeritate constructo collegiatam erigeremus, & institueremus Ecclesiam. Nos igitur Petrus Cardinalis Archiepiscopus & commissarius apostolicus praefatus attendentes petitionem, & requisitionem huiusmodi fore iustas, & consonas rationi, volentesq; ut verus obedientiae filius imperia apostolica nobis directa reuerenter exequi, ut tenemur, commissionem praedictam acceptauimus, & tenore praesentium acceptamus. & eadem auctoritate apostolica qua fungimur in hac parte instantibus, & petentibus praefatis maiestatis in praedicta ecclesia Metropolitana Granatensy. ad honorem Dei, & Domini nostri Iesu Christi, & beatissimae Virginis Mariae matris eius tenore praesentium erigimus, creamus, & instituimus, **D**ecanatum quae dignitas prima post pontificalem in eadem ecclesia existat. **A**rchidiaconatum eiusdem urbis. **A**rchidiaconatum de Loxa. **A**rchidiaconatum de Albama. **S**colasticam, **C**antorianam, **A**rchidiaconatum de Almuñecar. **T**hesauriam, **P**rioratum, & **A**bbatiam sanctae fidei. quae in ipsa ecclesia cathedrali dignitates cum debitis prerogatiuis existant. **N**ec non quinquaginta **C**anonicatus, & praebendas, quarum decem praefatis maiestatis instantibus & petentibus exnunc annectimus & incorporamus praedictis decem dignitatibus, ita ut singuli **C**anonicatus & singulis dignitatibus perpetuo sint uniti, hac adiecta conditione quod obtinens dignitatem cum annexa praebenda nullum alium **C**anonicatum & praebendam in eadem ecclesia obtinere possit, instituimus etiam **Q**uadraginta **P**ortiones. **V**iginti **C**apellanas. **A**c **V**iginti **C**lericatus, siue **A**ccolitus. **O**ffitium etiam **A**rchipresbiteri, siue **C**urati, seu **A**rchipresbiteratum in eadem ecclesia Cathedrali siue Metropolitana & in tota ciuitate cum eiusdem suburbis & districtu. **O**ffitium **P**rocuratoris **F**abricae & **H**ospitalis principalis quod prope ecclesiam Cathedralen construatur. **A**c **O**ffitium **S**uccentoris. **O**ffitium **O**rganistae. **O**ffitium **D**octoris **L**atinae **L**inguae. **O**ffitium **P**erticarij. **O**ffitium **N**otarij. **O**ffitium **C**anicularij, aut pellendi canes de ecclesia. **E**t quia ius & ra

*Creccion de noventa prabendas.*



tio exigunt, ut ij, qui altari seruiunt, ab altari procurentur, quoniam secundum  
Apostolum qui altari seruit de altari viuere ~~debet~~, Omnibus dignitatibus, per  
sonis, & canonicis prebendatis, & portionarijs, capellanis, clericulis, siue Accolli  
tis, rectori, ceterisq; officialibus & offitijs supradictis assignamus omnes fructus  
& redditus tam ex donatione Regia, quam de iure decimæ, aut alias quouis  
modo ad eos pertinentes, **H**oc modo quod quilibet **C**anonicatus, siue queli  
bet prebenda tam de his, quæ sunt annexæ dignitatibus, quam de non an  
nexis habeat singulis annis quadraginta millia morapetinorum, vel eorum veru  
valorem. Et quilibet **P**ortio **T**rigintamillia. Et insuper **D**ignitas **D**ecana  
tus quadragintamillia ultra suam prebendam sibi annexam. Quilibet vero  
alia **D**ignitas habeat **V**igintimillia ultra suam prebendam. Quilibet **C**apel  
lania **V**igintimillia. Quilibet **C**lericatus, siue **A**ccolitus **D**ecemmillia. **D**ic  
tus vero **A**rchipresbiter, **R**ector, siue **C**uratus quinquagintamillia. **P**rocur  
rator autem siue **A**dministrato **F**abricæ **E**cclésiæ, siue **H**ospitalis ut com  
modè possit per se, & per alios redditus & proventus annuos, & quæcumq;  
emolumenta, & obentiones ad dictam fabricam & Hospitale quouis modo  
pertinentes colligere & expendere habeat pro salario dicti offitij **T**rigessi  
mam partem reddituum & proventuum ad dictam fabricam & Hospitale  
ordinariè pertinentium. **S**uccentor vero **S**examillia. **O**rganista **D**ecemmillia,  
qui poterit esse Canonicus, vel Portionarius, aut etiam Cappellanus, quem  
prælatus maioris viderit expedire. Et similiter **S**uccentor **S**acrista minor  
**D**uodecimmillia, qui poterit esse vnus de Capellanis, vel de accolitis. **C**ampa  
narius vero qui etiam regit orologium **V**igintimillia, qui duo ponentur &  
remouebuntur per prælatum, & Capitulum, & de **T**hesaurarij consensu  
cui hæc offitia incumbunt. **D**octor **L**atinæ **L**inguae si fuerit de beneficiatis  
aut de alijs seruatoribus **E**cclésiæ **D**ecemmillia, alias vero **T**rigintamillia, sit  
quisquis ille fuerit de seruatoribus **e**cclésiæ nullum salarium recipiet, nec ab  
alijs exiget plusquam à prælato, vel à scolastico in eius absentia illi cons  
titutum vel tassatum fuerit. **P**erticarius vero **V**igintimillia. **N**otarius  
**D**ecemmillia. **C**anicularus vero siue arcens canes ab **e**cclésiâ **D**ecemmillia, qui  
tenebitur **e**cclésiâ purgare et mundare bis in hebdomada, et in omnibus  
vigilijs quorumcumq; festorum vigilijs habentium, & alias quandocumq; per  
Thesaura

Dota las preben  
das.

Hospital.

Thesaurarium illi fuerit iniunctum. Et si fructus, redditus, & proventus ad mensam  
 Capitularem pertinentes ut pramissum est dictam summam excreuerint, aut forte non  
 attigerint, volumus quod stipendia & emolumenta prefata singulis dignitatibus,  
 & Canonicatibus, Portionibus, Capellanis, Clericis, siue Acolitibus, Rectoria,  
 & alijs officijs, (ut dictum est) assignata crescant, & decrescant pro rata  
 portione singulorum. Et quia (ut dictum est) propter officium datur beneficium,  
 volumus & districta in virtute sanctae obedientiae precipiendo mandamus, quod  
 praedicta stipendia sint quotidianae distributiones assignatae & attributae quotidie  
 inter essentibus singulis horis nocturnis, pariter & diurnis, & exercitijs dicto-  
 rum officiorum, itaque a Decano usque ad Acolitum inclusiue is, qui alicui horae  
 in choro non interfuerit legitimo impedimento cessante priuetur & careat stipen-  
 dio siue distributione illius horae, & officialis qui sui officij exercitio vel exe-  
 cutioni horis & temporibus opportunis defuerit ~~muletur~~ similiter singulis vo-  
 cibus pro rata salary. Volumus etiam, & auctoritate & commissione praedictis  
 statuimus, ut omnes & singuli Dignitates, Canonici, & Portionarij dictae Eccle-  
 siae cathedralis teneantur residere & seruire in eadem Ecclesia quolibet anno  
 per octo menses ad minus continuos vel interpolatos. Alioquin praelatis, qui  
pro tempore fuerint, aut Capitulum sede vacante teneantur eo prius vocato  
& audito si iustam & rationabilem causam absentiae non habuerit, & alegaue-  
rit Dignitatem, Canonicatum, siue Portionem vacantes pronuntiare, & de illo  
 vel illa idoneis ad praesentationem praefatorum dominorum meorum providere.  
Iusta autem absentiae causam hoc loco diffinimus aequitudinem, dumtamen  
 beneficiatus infirmus maneant in ciuitate aut in suburbis eiusdem, aut si exis-  
 tens extra ciuitatem infirmitatem incurrerit habens animum redendi ad ean-  
dem ecclesiam infra dictum tempus super quo stetur iuramento suo vel cum  
 de mandato praelati & Capituli, simul & pro causa & utilitate ecclesiae absens  
 fuerit, itaque ista tria concurrant in licentia, siue absentia, Exceptis tamen  
 illis duobus beneficiatis, quos praelati de iure possunt habere in seruitio suo,  
 qui integre percipient fructus tam praebendarum suarum quam etiam distri-  
butionum quotidianarum, quae inter essentibus & praesentibus distribuuntur,  
 dumtamen realiter & cum effectu maneant & sint in continuo seruitio ipsi  
 us praelati siue in domo sua, siue extra domum in negotijs ipsius occupati,

Residencia.

**A** super quo conscientiam ipsius praelati oneramus. **V**olumus insuper de instantia & petitione dictorum maiestatum, & auctoritate apostolica mandamus quod praelatus dictae ecclesiae habeat perpetuis temporibus quartam partem omnium decimarum tam praedialium quam personalium, tam ecclesiae cathedralis quam omnium aliarum Ecclesiarum praedictae civitatis & totius diocesis Granatensy. **E**t quod Clerici beneficiati cuiuslibet ecclesiae habeant quartam partem omnium decimarum ad illam ecclesiam pertinentium, quae in omnibus parochialibus ecclesijs aequaliter inter eos distribuuntur. **D**educta prius de hac quarta parte decima parte pro sacrista eiusdem ecclesiae. **E**t quod de reliqua medietate decimarum Rex, & Regina praefati, & eorum successores qui pro tempore regnabunt habeant eandem partem quam Summus Pontifex praefatus suo privilegio eis concessit, quae vulgariter in suis regnis tertia nominantur, quae pars erit quantum essent ~~duae~~ duae de novem partibus, si totus acerbus decimarum in novem partibus distribuatur. **D**e residuo habebit fabrica eiusdem ecclesiae tertiam partem, & Mensa Capitularis praedictae ecclesiae cathedralis tertiam partem, & ad Hospitale vel Hospitalia eiusdem loci pertinebit reliqua tertia. **D**e qua deducetur decima pars ad sustentationem Hospitalis maioris dictae civitatis Granatensy applicata. **V**erbi gratia. **S**i totus acerbus decimarum alicuius ecclesiae esset novem modiorum habebunt Praelatus & Clerici eiusdem ecclesiae quatuor modios cum dimidio. **E**x parte vero clericorum deducetur decima pars pro Sacristis parochialium ecclesiarum (ut praemisum est) Rex & Regina habebunt duos modios. **D**e duobus vero modijs cum dimidio residuis Fabrica eiusdem ecclesiae habebit tertiam partem. **E**t Mensa Capitularis tertiam. **E**t Hospitale vel Hospitalia eiusdem loci habebunt reliquam tertiam partem, pro dispensatione Praelati inter illa distribuendam. **D**e qua adhuc deducetur dicta decima pro Hospitali maiori. **V**olumus etiam & mandamus quod Curam vel

Rectorem quarumcumque parochialium Ecclesiarum per Praelatum in diocesi instituendarum committat ipse Praelatus pro sua voluntatis arbitrio, & pro tempore quo voluerit ipsis beneficiatis, aut alicui<sup>vel</sup> aliquibus eorum, aut alicui sacerdoti extraneo siue non beneficiato pro ut melius viderit expedire, & illi vel illis, quibus huiusmodi officium per dictum Praelatum fuerit iniunctum, applicamus primitias illius parochiae pro labore siue stipendio illius officij deducta

La quarta. vide fol. 20. pag. 1. verbo lin. 29. verbo & ad eorum Praedem Regis.  
La quarta de beneficiados sea de distribuir entre solos los beneficiados de aquella yglesia cujos son los diezmos.

~~tertia~~  
Primicias del Cura.

ducta inde octaua parte pro Sacristia ipsius Ecclesie, qui debet esse persona  
 multum idonea, & talis quod possit apte & diligenter his, quae ad cultum di-  
 uinum pertinent, ministrare, & pueros cum omni honestate erudire. Applica-  
 mus praeterea eidem Archiepiscopo Granatensy. & eius mensae Archiepiscopali-  
 de dictorum dominorum meorum Regis & Reginae donatione, instantia, & pe-  
 titione quascumque possessiones, & alia quaecumque bona per easdem maiestates  
 eidem donata & assignata, ac imposterum per eos, eorumque successores donan-  
 da & assignanda. Applicamus etiam Fabricae dictae Ecclesiae Granatensy. omnes  
 possessiones & redditus quotquot nunc habet maior Mezquita eiusdem ciuitatis  
 quam illa in ecclesiam fuerit consecrata, & omnes etiam decimas vnius paro-  
 chiani eiusdem Ecclesiae, & aliarum Ecclesiarum dictae ciuitatis & totius dioce-  
 sis per Praefectum fabricae singulis annis eligendi. Et similiter applicamus  
 omnes possessiones, & redditus aliarum Mezquitarum pro fabricis earun-  
 dem cum praestante Deo in Ecclesijs fuerint consecrata. Assignamus etiam  
 de dicta Regia donatione & instantia, & perpetuo applicamus in qualibet  
 parochia totius ciuitatis & diocesis ad habitationem & usum clericorum benefi-  
 ciarum domos & hortos pro singulis beneficiatis, quas Rex, & Regina praer-  
 fati sua liberalitate eis donauerunt, & donabunt. Volumus etiam de petiti-  
 one Maiestatum suarum instituimus & ordinamus quod in quantum commode  
 observari poterit, nullus unquam praesentetur nec instituitur ad Decana-  
 tum, Archidiaconatum Ecclesiae, ad Scolastriam, Cantoriam, & Abbatiam  
 sanctae Fidei nisi fuerit Magister, aut saltem Licentiatus in sacra Theolo-  
 gia factus de rigore examinis in aliqua Uniuersitate, vel nisi fuerit Doc-  
 tor aut saltem Licentiatus in Iure Canonico factus modo praedicto. Nec  
 ad alias Dignitates Ecclesiae dictae quisquam praesentetur, nec instituitur  
 nisi fuerit Bachalarius in Theologia, aut in dicto Iure, & similiter ad Archi-  
 presbiteratum Cathedralis Ecclesiae ad quem nedum vir doctus & graduatus  
 in Theologia vel in Iure Canonico praesentabitur, verum etiam vir aetate in-  
 tegra saltem quadraginta annorum laudabili vita, & optimis moribus praer-  
 ditus, cuius erit omnia sacramenta per se & per alios parochianis Ecclesiae  
 maioris & alijs ad eam tamquam ad matricem confluentibus ministrare, &  
 defunctos, qui in eadem Ecclesia, aut ipsius Cimiterijs fuerint tumulandi  
 sepelire,

Fabrica Es-  
 cusados.

Las qualidades  
 de los preben-  
 dados.

sepelire, & alia, quæ de iure vel aprobata consuetudine aliarum Metropolitanarum  
Ecclesiarum facienda illi ~~incumbunt~~ incumbunt. Nec ad aliquem **C**anonicatum ni  
si per duos annos ad minus Theologiæ aut Iuri Canonico in aliqua vniuersitate  
operam dederit, ita tamen quod dimidium tam Canonicoꝝ quam dignitatibus  
constituendorum semper quo id fieri poterit sint Theologi, & dimidium eorum  
sint Canonistæ, Capellanos autem Chori, Clericos seu Accolitos, Succentorem,  
Organistam, Perticarium, Notarium, & Canicularium, ac etiam Doctorem Sa  
tinæ Linguae instituet, & destituet Prælati pro arbitrio suo quando & quoti  
ens viderit expedire, Sed institutio & destitutio Procuratoris Fabricæ Ecclesiæ  
& Hospitalis ad Prælatum vna cum Capitulo suo pertinebit. Ordinamus etiam  
quod officium diuinum diurnum pariterq; nocturnum tam in missa quam  
in Choris fiat semper & dicatur secundum consuetudinem Romanæ Curie, præ  
terquam in cantu quod in omnibus & per omnia sit secundum morem nos  
træ sanctæ Ecclesiæ Toletanæ, & quod Decanus curet & provideat quod officium  
diuinum & omnia alia, quæ ad cultum Dei pertinent ~~rite~~ rite, & recte perficiantur  
tam in Choro quam in altari, quam etiam in processionibus & vbiq; conuen  
tus Ecclesiæ seu Capituli ad illud exsoluendum congregabuntur, & quod silentium,  
Sonestas, & omnis modestia, atque decencia inibi, & in Capitulo conseruetur.  
Ad Decanatum etiam pertinebit facultatem concedere his quibus à Choro ex  
causa discedere conuenit, quam exprimere teneantur, & si eam non expræse  
~~rent~~ rent licentia minimè concedatur. Ad Archidiaconum vero Ecclesiæ per  
tinebit examinare illos qui ordinandi erunt, eosq; Ordinatori præsentari,  
ac in officio Diaconi ministrare quotiens Prælatus solemniter celebrabit, &  
si per Prælatum illi iniunctum fuerit Diocesim visitare, ac reliqua, quæ de  
iure communi ei competunt exercere. Erit autem Scolasticus libros, qui in  
omnibus officijs diuinis leguntur, siue in Choro, siue in Altari vel alibi cor  
rigere, & pausare, ac accentuare videreq; & provideat quod ij qui sectiones,  
Epistolas, ac Euangelia dicturi sunt in eius præsentia ea vident, legant,  
& pronuntient antequam diuinum celebretur officium, vt cum publice ea  
legerint aperte, distincte, castigatè, & sine errore ea cantent, recitent, & pro  
nuntient; Curabit etiam quod Doctor Latine Linguae linguam saltem ipsam  
doceat competenter. Erit autem Cantoris ordinare, corrigere, & emendare ea,

Preceptor de =  
Gramatica so  
lo el Prelado =  
lo elige.

Officio del De  
an.

Los Officios de  
las dignidades.

quæ ad cantum expectant in Choro, & ubicumq; curareq; ut qui cantum nes-  
ciunt discant bene cantare, & quod tempore opportuno provideant ea, quæ can-  
tanda sunt, quod ut melius & commodius peragere possit, volumus, quod habe-  
at Succentorem, qui clericulos, aliosq; discere volentes cantare doceat. Qui etiam  
Succentor cantus in absentia Cantoris in Choro & alibi incipiat, quicq; vnus de Por-  
tionarijs, aut de Capellanis dictæ Ecclesiæ poterit esse, & habeat pro labore sala-  
rium sexmillium morapetinorum supra taxatum. **T**hesaurarius vero, quem  
ius costodem siue Sacristam appellat per se & per alios ea agat officia, quæ de  
iure illi sunt constituta, videlicet Ecclesiam claudere, & aperire, pulsareq;, & pul-  
sari facere campanas ad horas, Custodire omnia utensilia Ecclesiæ, lampades &  
luminaria, curare de incenso, laminibus, pane, & vino, & reliquis necessarijs ad  
celebrandam pro voto Decani & Capituli provide, ea tamen, quæ in his om-  
nibus necessario fuerint ex ~~capitulo~~ redditibus fabricæ Ecclesiæ ementur.  
Erit autem Prioris exercere officium Decani in eius absentia in omnibus & per  
omnia, præterquam in Capitulo, in quo in absentia Decani maior Dignitas præ-  
sidebit. **A**bbas insuper Sanctæ Fidei residebit in Ecclesia Sanctæ Fidei regetq;  
eam in omnibus & per omnia sicut Decanus Ecclesiam Granatens. & in Ecclesia  
Granatens. habebit sedem quartam in Choro Decani. Et quoniam propter offi-  
cium (ut prædiximus) datur beneficium, volumus & ordinamus quod ij, qui  
bus prædicta officia incumbunt per se ipsos personaliter ea exerceant in-  
quantum commodè id agere poterunt. Volumus insuper & de ~~capitulo~~ sua-  
rum celsitudinum instantia & petitione ordinamus quod Portionarij non  
habeant vocem in Capitulo nec in spiritualibus, neq; in temporalibus. Et  
quod infra unum annum à die possessionis adeptæ computandum Decanus,  
& cæteri in præfatis Dignitatibus constituti, & saltem media pars eorundem  
Canonicorum, & tertia pars Portionariorum videlicet qui primas sedes tenebunt  
Ordinem Præbiteratus, cæteriq; Canonici, ac tertia pars Portionariorum Ordî-  
nem Diaconatus, ac reliqua pars Portionariorum Ordinem Subdiaconatus. Cle-  
riculi vero omnes quatuor minores Ordines suscipiant. Et quod in die natalis Do-  
mini, & in die sancto Epiphaniæ, ac in die Resurrectionis Dominicæ, & in die  
Ascensionis eiusdem, & in die sancto Pentecostes, & omnium Sanctorum  
Decanus si præsens fuerit, & in eius absentia Archidiaconus Ecclesiæ, & in eius  
~~capitulo~~ absentia

Rationeros no  
entren en Ca  
bitdo.

ordenes, que  
an de tener los  
Prebendados.

Quando cele-  
bra cada Dig-  
nidad.

absentia maior dignitas quae praesens fuerit missam maiorem celebrare solemniter teneatur. In festiuitatibus vero Beatissima Virginis Mariae **Archidiaconus** Ecclesiae, & in eius absentia maior dignitas post ipsum Archidiaconum quae ibi praesens fuerit. In festis natalis & Ioannis Euangelistae, ac natiuitatis Ioannis Baptistae, & Apostolorum Petri & Pauli, Beatae Mariae Magdalene, Sancti Iacobi Lebedei, & sancti Laurentij **Scolasticus**, & eo absente maior dignitas, quae post ipsum praesens fuerit. In reliquis vero praecipuis festiuitatibus missam celebret maiorem vnus de constitutis in reliquis **Dignitatibus** cui Decanus, aut Prior in absentia Decani iniunxerit. Cateris vero diebus totius anni vnus de **Canonicis**. Et cum aliquis de constitutis in **Dignitatibus** celebraverit vnus de antiquioribus **Canonicis** in officio Diaconi ministrabit. Alioquin officium Diaconi, & Subdiaconi non Canonici sed Portionarij Diaconi & Subdiaconi exsoluent. Volumus etiam & de  serenitatum earundem instantia & petitione ordinamus quod duae missae praeter maiorem quotidie per **Canonicos** priuate celebrentur, & vna alia Per **Portionarios**, quibus per hebdomadas a Decano vel Priore illo absente iniunctum fuerit, vna vero de dicendis missis per **Canonicos** dicatur in maiori Altari dum prima in Choro cantatur, secunda vero dicatur per **Portionarios** in alio altari inter primam & tertiam. Reliqua vero missa priuata per **Canonicos** celebranda dicatur dum Tertia in Choro decantatur. Prima missa sit de sancta Trinitate in diebus Dominicis, de Angelis ferijs is, de Pace ferijs tercijs, de Exaltatione Sanctae Fidei in  Deditio-  
ne vrbs Granatens. ferijs quartis, de Spiritu Sancto ferijs quintis, de Cruce sextis ferijs, Sabatis vero de Beata Virgine Maria. Secunda vero missa de beato Ioanne Baptista diebus dominicis, feria tertia de sancto Ioanne Euangelista, ferijs quintis de sancto Iacobo Apostolo, sabbatis de sanctis apostolis Petro, & Paulo, reliquis vero diebus pro defunctis. Tertia vero dicatur semper pro fidelibus in purgatorio detentis cum officio defunctorum, vel alio officio pro vtdemotio celebrantis magis decreuerit. Et quod quicumq; missam maiorem celebrauerit lucretur ultra communem distributionem illi missae omnibus inter-  
essentibus assignatam vel assignandam triplum stipendium quam ad quamcumq; diei horam lucretur & assignatum fuerit. Diaconus vero duplum. Subdiaconus autem tantum quantum ad aliam diei horam fuerit assignatu.

Missas de ca-  
da dia.

on conuicta  
ca  
lib  
sup  
no de  
ni  
G  
L  
S

Missas vero priuatas supra dictas celebrantes lucrentur pro singulis ipsarum  
 duplum quam pro qualibet die hora fuerit assignatum. Et quicumq; toti mis-  
 sae maiori non affuerit tertiam & sextam illius diei non lucretur nisi ex ius-  
 ta & rationabili causa, & de licentia Decani, aut Prioris, vel alterius in Coro-  
 praesentis absens fuerit, super quo conscientiam petentis, & cedentis oneramus. Et quod quicumq; matutinis & laudibus interfuerint lucren-  
 tur triplum quam ad quicumq; diei horam lucrentur, & insuper stipendium  
 Prima quamuis illi non intersint. Volumus rursus & de earum celsitudinum  
 instantia & petitione ordinamus quod bis in hebdomada Capitulum teneatur, fe-  
 ria videlicet tertia, & feria sexta, & quod feria tertia tractetur ibidem de ne-  
 gotijs occurrentibus, feria autem sexta de nulla alia re nisi de morum correc-  
 tione & emendatione tractetur, & de his, quae ad cultum diuinum debite cele-  
 brandum, & ad honestatem ~~abritum~~ in omnibus & per omnia tam in Ecclesia  
 quam extra conseruandam expectant, & quod nulla alia die Capitulum tenea-  
 tur nisi tale forsam occurrat negotium quod usq; in tertiam feriam sine in-  
 commoditate maxima differri non possit. Quodsi praefatis ferijs festum occurrat  
 seruandum in ferijs proximè sequentibus Capitula teneantur. Et ut cuncta  
 melius obseruentur & per oblivionem nihil praetereatur, volumus & ordina-  
 mus quod prima sexta feria cuiuslibet mensis ista nostra praepcepta immo-  
 verius Apostolica in praesentia omnium beneficiatorum dictae Ecclesiae de ver-  
 bo ad verbum aperte & distincte legantur ita ut ab omnibus audiri & in-  
 telligi possint. f

### Erectio Ecclesiae Sanctae Fidei.

**E**rigimus etiam & ad petitionem & instantiam praefatorum dominorum meorum  
 Regis & Reginae (ut praefertur) instituumus Ecclesiam Collegiatam in Opido  
 Sanctae Fidei in qua erunt perpetuis temporibus Duodecim Canonici Prae-  
 bendati, quorum vnus erit Prior vel Subdecanus, qui tam in Coro quam in  
 Capitulo praesidebit in absentia Abbatis, & habebit officium Rectoris siue  
 Curati totius parochiae, & erit saltem Bacharius in Theologia, vel in Decretis, &  
 habebit primitias ipsius parochiae ratione dictae Rectoriae, seu Curae, sicut alios  
 Rectores & Curas totius Diocesis decreuimus eas habere. Alius erit Scolasti-  
 cus, Alius Cantor. Alius vero Thesaurarius Custos vel Sacrista, ij autem

tres

Capitulo dos  
veces en la se-  
mana.

Erection de do-  
ce prebendas.



tres erunt Bacharij saltem in artibus in quantum commodè fieri poterit, & omnes exercebunt officia sua comodo quo supra dictum est de eisdem dignitatibus & officijs in Ecclesia Cathedrali, & Singulis duodecim Canonicorum habebunt pro singulis præbendis vigintimillia mora petinorum, & insuper Prior vel Subdecanus, Cantor, Thesaurarius habebunt dimidias præbendas ultra suas singulas præbendas, & erunt Præsbyteri tam ipsi quam quatuor antiquiores de alijs Canonicis, alij vero duo Canonici erunt Diaconi administrus, reliqui autem duo Subdiaconi. Erunt etiam sex Accoliti, quorum quilibet habebit quinq; millia morapetinorum, quorum unus aut plures poterunt inseruire Thesaurario in pulsandis campanis & in cæteris, quæ ad eius expectant officium, & habebunt ratione laboris sui sexmillia morapetinorum ultra prædicta quinq; millia quilibet eorum habere poterit ut Accolitus. Et qui pulsauerit Organa habebit tria millia, & totidem qui mundauerint Ecclesiam. Omnia vero stipendia supradicta tam Abbas quam cæteri lucrabuntur, & perdent comodo quo illa lucrari & perdere volumus omnes beneficitos, & quoscunq; seruientes in Ecclesia Cathedrali. Sed Subdecanus seu Præsbyter vel Rector lucrabitur omnes & singulas Horas diuinas, ac etiam missam maiorem totiens quotiens in suo officio occupatus fuerit, super quo conscientiam eius oneramus. Duas Missas dumtaxat quotidie celebrare tenebuntur, vnam primam ante primam, & aliam videlicet maiorem. Et sextis ferijs Capitulo tenebunt. Applicamus autem illis & Fabricæ eiusdem Ecclesiæ omnes fructus & redditus tam ex donatione Regiæ quam de iure Decimæ, aut alias quouis modo ad dictam Ecclesiam pertinentes. Quæ omnia & singula de instantia dictorum Dominorum meorum Regis & Regiæ dicta auctoritate Apostolica qua fungimur in hac parte & melioribus modo, via, atque forma quibus possumus, & de iure debemus erigimus, & Instituiamus, Treamus, facimus, disponimus, & ordinamus cum omnibus & singulis ad id necessarijs, & oportunis. Non obstantibus contrarijs quibuscunq;, & illis præcipue quæ Sanctissimus Dominus Noster præfatus in suis præinsertis litteris Apostolicis voluit non obstare, & ea omnia & singula omnibus & singulis presentibus & futuris cuiuscunq; status, gradus, ordinis, præeminentiæ, vel conditionis fuerint, intimamus insinuamus, & ad omnium notiam deducimus,

Dota las præbendas.

Missas de cada día.



& de

& deduci volumus per presentes, Mandantes prædicta auctoritate in virtute sanctæ obedientiæ omnibus & singulis supradictis vt ea omnia & singula quæ admodum à nobis statuta sunt obseruentur, & obseruari faciant. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium præmissorum præsentis publicum instrumentum exinde fieri & per notarium publicum, & secretarium nostrum infra scriptum subscribi & publicari mandauimus, nostrig; sigilli iussimus & fecimus appensione communiri. Dat; & act; in ciuitate Granatensi in arce Alhambra die vigesima prima May, sub anno à natiuitate Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini Innocenti; diuina prouidentia Papa. & Anno &c. Præsentibus ibidem nobilibus & honorabilibus viris Dominis Domino Garcia Lasso de la Vega, Domino Oppidi de Batres, & Roderico Santy Capata Canonico Toletano, & Ioanne Hurtado de Mendoca Canonico Saguntino, & Ioanne Roman Capellanis & familiaribus continuis comensalibus dicti Reuerendissimi Domini mei Cardinalis testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis. Et ego Didacus de Muros Canonicus Comptell; notariusq; Apostolicus ac memorati Reuerendissi Domini mei Cardinalis Secretarius præmissis omnibus dum sic vt permittitur agerentur, dicerentur, & fierent vnacum prænominatis testibus præsens interfui, eaq; omnia & singula sic fieri vidi, & audiui, & in notam sumpsi vnacum alijs in registro meo scriptis quæ cum petita fuerint iuridicè edam, ideoq; hoc præsens instrumentum publicum manu alterius fideliter scriptum exinde confeci, signog; & nomine meis solitis & consuetis signaui in fidem & testimonium veritatis rogatus & requisitus. D. Muros. &c.

Anno. 1492.

2 \_\_\_\_\_

2 \_\_\_\_\_

2 \_\_\_\_\_

2 \_\_\_\_\_

blanco \_\_\_\_\_

2 \_\_\_\_\_

B la


La donación de los ~~habidos~~ á los beneficiados  
y fabricas de las Parrocchiales.  
Esta el preuilegio desta don. ~~delante~~. fol.

27. pag. 1.



**Don** Fernando, e **Doña** Ysabel por la gracia de Dios Rey e Reyna de Castilla, de Leon, de Aragon, de Sicilia, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorca, de Sevilla, de Cerdeña, de Cordoba, de Corcega, de Murcia, de Jaen, de los Algarbes de Algetira, de Gibraltar, y de las Islas de Canaria, Condes de Barcelona, señores de Vizcaya, y de Molina, Duques de Atenas, y de Neopatria, Condes de Rossellon, y de Cerdania, Marqueses de Oristan, y de Gociano. &c. Por quanto por la gracia de Dios nuestro señor y con su ayuda ouimos conquistado y conquistamos la noble, honrada, y gran ciudad de Granada, con todas las Cidades, Villas, y Lugares Castillos del dicho Reyno que los Moros enemigos de nuestra sancta Fee Catholica de muy luengos tiempos á esta parte tenian ocupado, e despues de assi conquistado plugo á nuestro señor por su infinita misericordia, y piedad que los infieles que en la dicha ciudad e Reino quedaron pobladores se conuirtiesen, e conuirtieron á nuestra sancta fee Catholica, y por que para el seruicio del culto diuino, y doctrina de los fieles Christianos, e por que aya quien los administre los officios diuinos e sanctos sacramentos, e los instrua, e informe en las cosas de nuestra fee, auemos acordado que en la dicha ciudad de Granada, y en las ciudades, Villas, y Lugares, e Alcarias de su Arzobispado aia algunas yglesias Collegiales, y Parrocchiales, y en ellas cierto numero de beneficiados segun lo ordenare de nuestro consentimiento el Reuerendissimo in Christo padre Cardenal de España Arzobispo de Sevilla por virtud de vna Bulla Appostolica á nuestra suplicacion ganada á el dirigida para erigir, e criar las dichas yglesias y beneficios, e por que la parte de los diezmos que pertenezem, ó pueden pertenescer á las dichas yglesias no basta para sustentacion de los dichos beneficiados, y sacristanes, e para las fabricas de las dichas yglesias, e por que es raxon que de lo que por gracia de nuestro señor ganamos demos alguna parte á las dichas yglesias para que las personas que las ande seruir tengán mejor conque se sostener y mantener y no tengán raxon de ocuparse en otras cosas por falta de mantenimiento, y por que tengán cargo de rogar á Dios por nuestras vidas, y Reales estados, y por nuestras ani-



mas quando deste mundo partieremos, e de los Reies que despues de nos  
 sucedieren en nuestros Reinos, y por las animas de los Christianos que murie-  
 ron en la conquista del dicho Reino. Por ende por esta nuestra carta con-  
 el dicho cargo de nuestro proprio motu, y cierta ciencia hacemos gracia y do-  
 nacion pura, y perfecta, y no reuocable que es dicha entre viuos para agora y  
 para siempre jamas a las dichas yglesias Collegiales, y Parochiales de la dicha  
 ciudad y Arçobispado de Granada para el dote de los dichos beneficios, e Sacris-  
 tancias, y fabricas dose puedan mantener los dichos beneficiados e sacristanes de  
 las dichas yglesias, y reparar las dichas fabricas de todas e qualesquier posesio-  
 nes, bienes muebles, e raices de la parte de los Habices que en tiempo de los  
 Moros estauan dotados, e apropiados e pertenesçiam a las fabricas Alfaguies,  
 Almuedanos, y otros qualesquier seruidores, y aceite, y cera, y otro qualquier ser-  
 uicio de todas, y qualesquier Mesquitas que solia auer en tiempo de moros en la  
 dicha ciudad de Granada, y en las otras çidades, villas, y lugares e alquerias de  
 Arçobispado, demas e allende de las partes que les vienen de los dichos diebmos  
 para <sup>de</sup> las rentas de lo suso dicho se cumpla el dicho su dote sobre lo que va-  
 len o valierem las dichas sus partes de los dichos diebmos, y para que se conui-  
 ertan en el seruicio, e utilidad de las dichas yglesias segun lo ordenare de nues-  
 tro consentimiento el dicho Cardenal por virtud de la facultad dicha segun di-  
 cho es para que sea todo suuo proprio, libre, y quieto para agora y para siempre  
 jamas con cargo que lo tengan bien reparado, y arado, y lo conseruen para los  
 dichos beneficiados y sacristanes, y fabricas, y que no los puedan vender, ni trocar,  
 ni enaja ~~ninguna~~ <sup>ninguna</sup> causa ni raçon que sea sin nuestra licencia y especial-  
 mandado, y de los Reies que despues de nos vinieren. y contanto que si algùn deba-  
 te sobre los dichos bienes y heredades, o sobre qualquier cosa o parte dellos ouiere  
 que se aya de seguir e sigã ante nuestras justicias seculares, e por ellas se determi-  
 ne la causa, y no por las justicias ecclesiasticas ca nos por la presente con el di-  
 cho cargo los auemos por bienes feudales, e contanto que las personas que hasta  
 aqui auemos hecho merced por sus vidas, y vidas de sus hijos de algunas rentas  
 de los dichos habices gocen dellas, segun y como en las cartas de las mercedes que  
 dellos les mandamos dar se contiene, y que despues finque y sea todo para el dicho  
 dote de las dichas yglesias, segun dicho es, e por que nuestra merced e voluntad es



que los dichos bienes y heredades suso dichos ~~y~~ declarados e los frutos y rentas de todo ello sean repartidos por los dichos beneficiados, y sacristanes, y fabricas a cada vno la parte que ouiere de auer, segun la disposicion e institucion que el dicho Cardenal de nuestro consentimiento hiciera auiendo consideracion al valor de los dichos bienes. y por que al presente no se podria saber el verdadero valor de la renta de todo lo suso dicho por ende reservamos en nos poder y facultad para que cada y quando quisieremos y por bien tuvieremos sabido el verdadero valor de las rentas de lo suso dicho podamos repartir las dichas rentas por los dichos beneficiados, sacristanias, y fabricas para cada vno la parte que quisieremos, y por bien tuvieremos, y entre tanto que la dicha division y reparticion mandamos hacer de las dichas rentas entre los dichos beneficiados, y sacristanias, y fabricas es nuestra merced que agora y en quanto nuestra voluntad fuere basta que se haga la dicha division e repartimiento reciba y recaue de los dichos maravedis y rentas la persona o personas que para ello nombraremos por nuestra parte, el qual tenga cargo de arrendar los dichos bienes, y los reparar y cojer los frutos y rentas dellos, e pagar a los beneficiados, y sacristanes, y fabricas conforme a la dicha Erecion, e por esta nuestra carta o por la tradicion della damos la possession de los dichos bienes y rentas a las dichas yglesias para la dicha dote de los dichos beneficiados y sacristanias, y fabricas, segun dicho es, y cedemos y trasparamos en ellas todo y qualquier derecho e accion que a los dichos bienes, o a qualquier dellos nos pertenece, o pudiere pertenecer en qualquier manera con todas sus entradas e salidas, e vsos, e costumbres, e seruidumbres quantas an y ~~deben~~ auer deben de hecho y de derecho. E otro si damos poder cumplido a la persona que por nos fuere nombrada para tener los dichos bienes para que pueda entrar y tomar la possession de los dichos bienes y los reciba en si. E los procurar y arrendar, y hacer dellos y en ellos todo lo que necessario fuere al pro y utilidad de los dichos bienes, y frutos y rentas dellos. De lo qual mandamos dar esta nuestra carta firmada de nuestros nombres, y sellada con nuestro sello, y refrendada de nuestro secretario infra scripto. Dada en la cibdad de Granada a catorce dias del mes de Octubre año del nacimiento de nuestro señor Jesu Christo de mill y quinientos e vn años. Yo el Rey, Yo la Reyna. Yo Miguel

óuel Perez de Almacan secretario del Rey, y de la Reyna nuestros señores:  
Lo fice escribir por su mandado. Registrada. Suarez in Decretis Bacharius=  
francisco Diaz Chanciller, Don Alvaro, joannes Episcopus Cartaginensis, =  
Franciscus licentiatus, Petrus Doctor, joannes licentiatus. &c. 

2 \_\_\_\_\_



  
2 \_\_\_\_\_ 



  
2 \_\_\_\_\_ 



  
2 \_\_\_\_\_ 



  
2 \_\_\_\_\_ 

  
2 \_\_\_\_\_ 

  
2 \_\_\_\_\_ 

  
2 \_\_\_\_\_ 

  
2 \_\_\_\_\_ 

  
2 \_\_\_\_\_ 

blanco

11  
Síguese la Ereccion de las Yglesias  
Parochiales de este Arco  
bispado de Granada.

**Didacus Hurtado de Mendoca** miseratione diuina tituli sanctæ Sabinae sacro sanctæ Romanæ Ecclesiæ Præbiter Cardinalis Patriarcha Alexandrinus, sanctæ Ecclesiæ Hispalensis Archiepiscopus Commissarius & executor ad infra scripta à Sede Appostolica specialiter deputatus R. in. X. Patri Domino Moderno Archiepiscopo Granatens. eiusq; in perpetuum successoribus, Nec non Decano & Capitulo, singulisq; Canonicis, & personis Ecclesiæ Granatens. ac vniuersis & singulis alijs tam præsentibus quam futuris presentes litteras, siue præsentem processum visuris, seu auditoris, & eorum cuilibet in solidum salutem in Domino, & nostris huiusmodi immo vero Appostolicis firmiter obedire mandatis trinas litteras F. re. **Innocentijs** Papæ. 8 in latino & portugameno scriptas eius veris Bullis plumbeis in filijs [redacted] sericis rubei croceiq; colorum moræ Romanæ Curia impendentium Bullatas, sanas, & integras, non vitiatas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio & suspitione carentes, quasdam ex eis nobis directas, & alias quas ad hoc vt de Iure patronatus omnium & singularum ecclesiarum quas in terris & Dominijs à Sarraenis acquisitis & acquirendis in regno Granatæ hactenus erectarum, & quæ erigi contigerit in futurum Serenissimis Catholicis atq; potentissimis Dominis nostris **Ferdinando** Regi, & **Elisabeth** Regina Hispaniarum, eorumque successoribus per eas reseruato plenius constare possit præsentibus inseri mandauimus nobis per venerabilem virum Dominum Martinum Ferdinandi de Angulo Decretorum Doctorem Archidiaconum de Talauera eorum consiliarium nomine & pro parte eorundem Dominorum nostrorum Regis & Regina patronorum prædictorum coram notario publico & testibus infra scriptis presentatas, nos qua decuit reuerentia recepisse noueritis, quarum quidem litterarum Appostolicarum tenores successiue sequuntur & .ss. tales. f

**Innocentius** Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Dum ad illam fidei constantiam & eximia deuotionis affectum, quos charissimus in Christo

Christo filius noster Ferdinandus Rex, & Charissima in Christo filia Elisabetha  
 Regina Castellae & Legionis illustres ad nos & Romanam gerunt Ecclesiam di-  
 ligenter attendimus & paterna consideratione pensamus quod ipsi veluti intre-  
 pidi Christi pueros, & athleta manu potenti & fortissimo brachio infideles =  
 Acaenos regni Granatae cum validissimo exercitu nullis laboribus nullisq; ex-  
 pensis parcendo continue debellant. Dignum immo potius debitum reputamus  
 ut eorum votis in his praesertim quae beneficiorum Ecclesiasticorum & diu-  
 ni cultus in illis partibus propagationem concernunt affectu beneuolo concur-  
 ramus. Sane cum sicut ex dilecti filij nobilis Eneae Lupi de Mendoca Comi-  
 tis de Tendilla pro parte ipsorum Regis & Reginae Capitanei Oratoris ad nos =  
 destinati relatione intelleximus Rex & Regina praefati veluti Catholici principes  
 & Orthodoxae fidei speciales Zelatores contra infideles praedictos potenti manu =  
 pugnando nonnullas ciuitates, Opida, & loca dicti regni a manibus eorundem =  
 infidelium eripuerint, & ad suam ditionem reduxerint, sperentq; diuina opitula-  
 te gratia totum regnum ipsum ab eisdem manibus eripere, & suo dominio =  
 submittere, ac summa deuotione desiderent pro diuini nominis exaltatione &  
 ut diuinus cultus in illis partibus vigeat, & florescat in Cathedralibus & Col-  
 legiatis Ecclesijs illarum partium in quibus propter illarum ab eisdem infi-  
 delibus occupationem cultus Christi erat totaliter derelictus Dignitates, &  
 Canonicatus, & praebendas, necnon alia beneficia Ecclesiastica renouo erigi-  
 & institui. Nos eorundem Regis & Reginae laudabile propositum ac sinceram  
 deuotionem plurimum in Domino commendantes eorum in hac parte suppli-  
 cationibus inclinati auctoritate apostolica tenore praesentium statuimus &  
 ordinamus, quod dilectus filius noster Petrus tituli sanctae crucis in Hieru-  
 salem praebiter Cardinalis, qui etiam Ecclesiae Toletanae ex concessione, & dis-  
 pensatione sedis Apostolicae praesse dignoscitur, & venerabilis frater noster Ar-  
 chiepiscopus Hispalensis, & eorum quilibet, Necnon ipsius Archiepiscopi His-  
 palensis successores, Archiepiscopi Hispalenses qui pro tempore fuerint per se-  
 vel per alios in singularibus Cathedralibus, & Collegiatis, & alijs Ecclesijs ciuita-  
 tum, Opidorum, & Locorum dicti regni Granatensis iam acquisitorum & in-  
 posterum diuino auxilio acquirendorum Dignitates, ac Canonicatus, & praeben-  
 das, aliaq; beneficia Ecclesiastica in numero competenti de quo ei vissum fuerit



erigere & instituere, & pro illorum dote decimas, fructus, redditus, & proventus  
& alia bona dictorum locorum, & per Regem & Reginam prefatos conceden-  
da & donanda applicare & assignare omniaq; alia & singula in premissis & cir-  
ca ea necessaria & oportuna facere, exequi, & disponere libere & licite valeant,  
super quibus omnibus & singulis Cardinali & Archiepiscopo Hispalensi eiusq;  
successoribus prefatis plenam & liberam eisdem auctoritate & tenore concedi-  
mus facultatem. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis  
ac statutis & consuetudinibus dictarum Ecclesiarum, iuramento, Confirmatione  
apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, caterysq; contrarijs quibuscumq;  
Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, Ordina-  
tionis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem  
hoc attentare presumerit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, &  
Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Romae apud sanctum Pe-  
trum anno incarnationis Dominica millesimo quadringentesimo octuagesimo  
sexto, pridie Nonas Augusti. Pontificatus nostri anno secundo.

Año de 1486

**Innocentius** Episcopus servus servorum Dei ad futuram rei memoriam. Provisio-  
nis nostrae debet provenire subsidio ut ius suum cuilibet conservetur, hinc est  
quod nos tenore quarundam litterarum Fel. re. **Eugenij** Pappa. *uy.* pra-  
decessoris nostri in registro ipsius praedecessoris repertum pro eo quod sicut  
exhibita nobis nuper pro parte Charissimi in Christo filij nostri Ferdinandi  
Regis, & Charissima in Christo filiae nostrae Elisabethae Reginae Castella &  
legionis illustrium petitio continebat, ipsi huiusmodi tenore ex certis causis  
noscuntur indigere de registro ipso de verbo ad verbum transcribi & ad ipsorum  
Regis & Reginae supplicationibus instantiam presentibus annotari fecimus  
qui talis est.

**Eugenius** Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Laudi-  
bus & honore dignissima Charissimi in Christo filij nostri **Ioannis** Castella &  
legionis Regis illustris actus & opera quibus ipse strenuus veluti Christi pu-  
er, & athleta pro ut celebris fama descendit adversus Saracenos perfidos  
Christi nominis inimicos, etiam proprio corpori non indulgens aciem dirigere  
dictorum Saracenorum terras, & loca Christi fidelium ditioni subiugare  
non tepescit, ac placare qua erga nos & Romanam Ecclesiam splendore dig-  
nosatur

Illas deel  
tronato Fe-  
las Valeri-  
le est Rey

noscitur integritatem deuotionis intra nostra mentis arcana reuolvente dione  
 ducimur ipsius Regis illas praesertim quibus etiam ad salutiferam similitum  
 actuum operumq; continuationem Ioannes praefatus, ac eius successores  
 pro tempore existentes Castellae & Legionis Reges feruentius animari pos  
 sint petitiones ad exauditionis gratiam fauorabiliter ad mittamus, Sinc est  
 quod nos etiam recensentes quod fe. re. **Urbanus** papa. ij. praedecessor nos  
 ter deuotionis & reuerentia quas recolendae memoriae Rex Hispaniarum  
 tunc existens ad eandem Ecclesiam crebat magnitudinem dione praestrinones  
 ipsi Regi Hispaniarum, necnon eius successoribus illorumq; militibus Ecclesias,  
 & Capellas quas ipsi in praedictorum terris Sarracenorum caperent, ac in  
 regno inibi edificari facerent per suas literas concessit, necnon eiusdem Ioan  
 nis Regis, qui ut asserit ipsius vigore concessionis a suis progenitoribus, qui sicuti  
 Catholica Zelatores fidei multas ab ipsis Sarracenis non sine magnis periculis,  
 dispendijs, laboribus corporalibus & expensis terras recuperauerunt, & conquisie  
 runt ius desuper complectendo pluriam Dionitatum aliorumq; beneficiorum Eccl  
 siasticorum disponere necnon in diuersis Ecclesijs, Locis, & Capellis ius patrona  
 tus habere dignoscitur in hac parte supplicationibus inclinati concessionem praedic  
 tam, ac quaecumq; inde seguta rata & grata habentes illa auctoritate apostolica  
 ex certa scientia confirmamus, & approbamus, praesentisq; scripti patrocinio  
 comunimus. Et insuper ius patronatus omnium & singularum Ecclesiarum, quas  
 in terris ab eorundem Sarracenorum manibus per ipsos Ioannem Regem & eius  
 successores acquirendis de Melquitis ~~dictorumq;~~ dictorumq; Sarracenorum fieri & ad lau  
 dem diuini nominis adaptari contigerit. Necnon aliarum quas praedicti Ioannes  
 Rex & eius successores in Castellae & Legionis regnis ac praefatis acquirendis ter  
 ris de suis bonis fundauerint atq; dotauerint Ecclesiarum, & praesentandi locorum  
 Ordinarijs personas idoneas ad ipsas quotiens vacauerint eidem Ioanni Regi ac  
 ipsius successoribus auctoritate praedicta perpetuo reseruamus iure tamen cuius  
 libet alterius in omnibus alijs semper saluo. Nulli ergo omnino hominum  
 liceat hanc paginam nostrae confirmationis, aprouationis, comunitionis, ac reser  
 uationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare  
 praesumserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apos  
 tolorum eius se nouerit incursum. Dat. Bononiae anno incarnationis Do.

minica **M**illessimo quadringentesimo trigésimo sexto. Ceterum ut earundem =  
litterarum tenor predictus sic insertus omnimodam rei seu facti certitudinem =  
faciat auctoritate apostolica decernimus ut illud idem robur, eamque vim, eun =  
demque viorem dictus tenor per omnia habeat, quem haberent originales litterae =  
supradictae eadem prorsus eidem tenori fides adhibetur quaecumque, & ubicumque, =  
siue in iudicio siue alibi fuerit exhibitus vel ostensus, & eidem tenori firmiter =  
stetur in omnibus sicut eisdem litteris originalibus staretur si fuerint exhibitae =  
vel ostensae. Per hoc autem nullum ius cuiquam de nouo acquiri volumus, sed anti-  
quum tantummodo conseruari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam =  
nostrae constitutionis & voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. =  
Siquis autem hoc attentare presumpserit indignationem omnipotentis Dei ac bea =  
torum Petri, & Pauli apostolorum eius se nouerit incursum. Dat. Romae a =  
pud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millessimo quadringentes =  
simo octuagesimo sexto, Idus Maij, Pontificatus nostri anno secundo. ¶

Año de. 1436.

Año de. 1486.

**Innocentius** Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Ortho =  
doxae fidei propagationem nostrae curae calidius commissam, ac Christianae reli =  
gionis augmentum & animarum salutem, barbararum quoque nationum, & ali =  
orum infidelium quorumlibet de prasionem, & ad fidem Christianam con =  
versionem supremis desiderantes affectibus Catholicos Reges & Principes =  
ad id vacantes Christi athletas & propugnatores acerrimos apostolicis =  
oratijs & fauoribus prosequi continuo non cessauimus, ut tam pro neces =  
sario tuncquam immortalis Deo cuius **S** causa agitur accepto operi eo =  
diligentiori & solentiori cura insistant quo exinde cognouerint se praeter =  
animarum salutem suarum apostolicae sedis beneuolentiam uberius quae =  
uisse, & ea eis libenter concedimus per quae expugnatorum per eos pro =  
tempore locorum & incolarum eorundem sub eorum ditione manutentioni & =  
conseruationi, ac in illis consistentium Ecclesiarum, monasteriorum, & aliorum =  
beneficiorum Ecclesiasticorum uotiuae deuotioni & bonorum eorundem occu =  
patorum recuperationi, & conseruationi utiliter & salubriter valeat prouideri. =  
Sanè Charissimus in Christo filius noster Ferdinandus Rex, & Charissima =  
in Christo filia nostra Elisabeth Regina Castella, & Legionis illustres inter =  
alios Christianorum Reges, & Reginas summi rerum omnium opificis & co =  
ditoris,

ditoris, cunctorumq; bonorum auctoris Dei omnipotentis gratia amplissimorum  
 regnorum diffusissimo imperio, & aliarum diuersarum prouintiarum dominio  
 subditorum obedientia, deuotione & obseruantia facultatum quoq; omnium  
 qui summis Regibus necessaria fore noscuntur affluentia & uertate, etate  
 florida, & animo ad omnia **p**raeclara facinora parato in consilijs prouiden-  
 tia, & in administranda iustitia constantia ac multarum praeclarissimarum  
 rerum ab eis gestarum gloria, & in re militari peritia fortitudine, & audacia  
 decorati, ut tantorum bonorum auctori gratias referrent, & aliquid praeclarum  
 ad eiusdem omnipotentis Dei honorem, & imperij Christianorum propaatio-  
 nem agerentur nonsolum ceptum opus expugnationis infidelium insularum  
 Canariae prosequi & continuare curarunt, sed etiam regnum Granatae ante eo-  
 rum oculos conspiciat **p**rosapia Regum Hispaniarum debitum aspersionis  
 Sarracenis Christiani nominis hostibus & detentum superioribus annis oppugna-  
 re, & eorum ditioni subycere ac in locis ab eisdem Sarracenis acquisitis &  
 acquirendis Ecclesias, monasteria, & beneficia Ecclesiastica erioi, eisq; certam  
 partem decimarum ac fructuum, reddituum, & prouentuum Ecclesiasticorum  
 dictorum locorum applicari, & ex eis dotari facere decreuerunt, & non in pro-  
 pria sed eiusdem omnipotentis Dei fortitudine & prouidentia confidentes opus  
 ipsam omni ex parte difficilimum prosequendo illius ciuitates, castra, opida, &  
 alia loca plurima ferè tertiam eiusdem regni Granatae partem uti accepimus  
 constituentia diuina fauente clementia eorum ditioni subiugauerint, & tam-  
 in regno Granatae quam insulis **p**redictis prosperitatis notius successibus  
 subiugare non cessant in dies ad quorum ciuitatum, locorum & castrorum ac-  
 quisitorum, & quae acquiri contigerit in futurum per eos, & eorum successores  
 Castellae, & legionis Reges conseruatione sub eorum imperio & manutentione  
 fidei praefatae in eisdem ut dilectus filius nobilis vir Enecus Lopez de Mendo-  
 ca Comes de Tendilla ipsorum Ferdinandi Regis, & Elisabethae Reginae  
 Capitaneus **p**ro eorum parte Orator ad nos & sedem apostolicam destinatus  
 nobis eorum nomine exposuit plurimam conferre arbitratu quod Cathedralibus  
 Ecclesijs, monasterijs, ac conuentualibus prioratibus pro tempore in locis  
 per eos in eisdem insulis & Regno Granatae hactenus acquisitis, ac Villa  
 portus regalis Gadicensis diocesis, ac alijs locis in eisdem regno Granatae & in  
 sulis

41  
sulis nouiter populandis infuturum proficiantur personæ Ecclesiasticæ probè & dili-  
genter orthodoxæ fidei zelatrices vitæ munditiæ & morum honestate decorem in-  
spiritualibus prouidè & temporalibus circumspectæ ac eisdem regibus pro tempore  
grata & accepta & per singulas personas obtineantur, Canonicatus & præben-  
dæ, Portiones, & Dignitates quacumq; earundem Cathedralium & Collegiatarum  
Ecclesiarum acquisitorum & quæ acquiruntur & popularentur imposterum loco-  
rum prædictorum quarum laudabili vitâ & conuersatione diuinorum assidua  
& deuota celebratione & ad beneuendum persuasione & exortatione incolæ  
locorum eorundem pro tempore existentes à vitijs abstinere & virtutibus vac-  
care, & suarum animarum salutem indefesso studio quærere, & eorundem Re-  
gum statum sinceræ deuotionis affectum prosequi procurarent, & ab omni rebel-  
lione prorsus abstinerent. Nos igitur qui nuper per alias ~~litteras~~ nostras litteras  
ad supplicationem Regis & Reginae prædictorum certis prælati erigendi quacumq;  
Ecclesias, monasteria, & alia beneficia Ecclesiastica in locis prædictis, illisq; pro-  
illorum dote fructus, redditus, & proventus Ecclesiasticos aplicandi facultatem  
concessimus, sperantes quòd si prædictis Fernando Regi, & Elisabeth Reginae  
& pro tempore existentibus Castella & Legionis Regibus concederetur ius patro-  
natus Ecclesiarum, monasteriorum, Dignitatum, Prioratum, Canonicatum,  
& Præbendarum, ac Portionum huiusmodi profecto conseruationi, & manuten-  
tionì incolarum locorum eorundem acquisitorum, & quæ acquiri contigèrit in-  
futurum subeorundem Regum deuotione sincera & in fide Catholica perseue-  
rantium oportune consulere personis quoq; eisdem Ecclesijs, & monasterijs, ac  
prioratibus, præsidentes, ac Dignitates, Canonicatus, & præbendas, & Portiones  
huiusmodi obtinentes pro tempore eorundem Regum patronorum protectione,  
auxilio, & fauore adiuta occupata bona Ecclesiarum monasteriorum, priora-  
tum, Dignitatum, Canonicatum, & præbendarum recuperare & facilius con-  
seruare possent, & ab omni opresione deffenderentur susciperentq; in singu-  
lis eorum oportunitatibus releuamem ac volentes conseruationi ~~huiusmodi~~ fidei, &  
status eorundem regum in eisdem locis, necnon Ecclesiarum, monasteriorum,  
Dignitatum, prioratum, Canonicatum, & præbendarum, ac Portionum  
huiusmodi, necnon personarum illa obtinentium commoditatibus consulere  
vt tenemur, habita super his cum fratribus nostris deliberatione matura  
de illorum

de illorum consilio & expresso consensu plenum ius patronatus, & presentandi  
 personas idoneas sedi apostolicæ ad Cathedralis Ecclesias, necnon quorum fructus,  
 redditus, & proventus ducentorum florinarum anni de camera secundum com  
 munem existimationem valorem annuam excedent monasteria & prioratus con  
 uentuales in eisdem locis regni Granatæ & insularum Canariæ per eosdem Fer  
 dinandum Regem, & Elisabeth Reginam hactenus acquisitis, & quæ tam per  
 eos, quam eorum successores Hispaniarum Reges qui pro tempore erunt acqui  
 ri, populari de nouo quodcumq; contigerit in futurum, & in prædicta Villa =  
 portus regalis consistentes, & consistentia, necnon maiores post pontificales =  
 in eisdem Cathedralibus, & principales in Collegiatis, & locorum ordinarijs ad  
 alia monasteria non maiores post pontificales Dignitates, Canonicatus, & præ  
 bendas earundem integras vel dimidias Portiones Cathedralium, & Collegiatarum  
 in eisdem locis iam erectarum, & aliarum quæ in eis erigi contingeret postquã  
 erecta, & fructus, redditus, & proventus ritè eis (ut præfertur) applicati fuerint =  
 etiam ab eorum primæ erectione vacans. perpetuis futuris temporibus Fer  
 dinando Rege & Elisabeth Regina eorumq; successoribus in perpetuum dic  
 torum regum regibus qui pro tempore erunt auctoritate apostolica tenore =  
 presentium concedimus. Et volumus ad eos de cætero plenariè & liberè per  
 tinere, & quod ad presentaciones cuiusmodi quas per eosdem Ferdinandum =  
 Regem, & Elisabeth Reginam eorumq; successores pro tempore contigerit, sed  
 eos ipsa personas pro tempore presentatas ad Cathedralis Ecclesias, ac mo  
 nasteria eisdem ecclesijs, & monasterijs impropriales, & Abbates respectiue præ  
 ficere, & tam sedes ipsa ad prioratus conuentuales, [REDACTED] & principales =  
 dignitates, in Cathedralibus vel Collegiatis apostolica quam locorum ordinarij =  
 ad alias Dignitates, Canonicatus, & præbendas integras, vel dimidias Portio  
 nes cuiusmodi presentatas pro tempore personas instituere in eisdem ordinaria  
 auctoritatibus teneantur & debeant, & pro tempore facta per sedem apostoli  
 cam & eius legatos speciales vel generales reservationes Ecclesiarum, monaste  
 riorum, prioratuum, Dignitatum, Canonicatum, & præbendarum, ac Por  
 tionum, & quacumq; alia gratia & littera in quibus beneficia Ecclesiastica  
 iuris patronatus laicorum de iure non includuntur ad Ecclesias, monasteria,  
 Prioratus conuentuales, Dignitates, Canonicatus, & præbendas ac Portiones =

21  
quæ iuris patronatus huiusmodi fuerint nullatenus se extendant, prouisioneq; & præfectiones ab eadem sede & ordinarijs aliter quam ad huiusmodi præsentationem pro tempore nullas & inualidas fore de eorum fratrum consilio præfata auctoritate statuimus & ordinamus. Decernentes irritum & inane quidquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, & nihilominus venerabilibus fratribus Archiepiscopo Poletano, & Palentino, ac Conchery episcopis per apostolica scripta mandamus quatenus ipsi vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios præmissa ubi, quando, & quotiens expedire cognouerint, fuerintq; pro parte Ferdinandi regis, & Elisabeth reginae, eorumq; successorum prædictorum legitime requisiti sollemniter publicantes faciant eosdem Ferdinandum regem, & Elisabeth reginam ac successores pacifica quasi possessione iuris patronatus, & præsentandi perpetuo potiri, & gaudere, & personas per eos pro tempore præsentatas recipi & admitti & ad præsentationes ipsas si canonicè factæ fuerint profici, & insisteri iuxta statuti prædicti tenorem contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis, ac iuramento confirmatione apostolica vel quauis alia firmitate roboratis ecclesiarum, & monasteriorum huiusmodi, ordinumq; eorundem statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscumq;, seu si locorum ordinarijs præfatis vel quibusuis alijs communiter vel diuisim à sede ~~apostolica~~ prædicta indultum existat quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Per hoc autem Regibus præfatis in eisdem ecclesijs, monasterijs, & Prioratibus, Canonicatibus, & præbendis, ac Portionibus, & beneficijs ecclesiasticis nullum aliud ius quam patronatus & præsentandi huiusmodi acquiri volumus. Nec alias quomodo dolibet apostolica sedis, & aliarum ecclesiarum liberati superioritati, ac iurisdictioni in eisdem præiudicari intendimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, statuti, or-

dinationis,

dinationis, decreti, mandati, & voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare presumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datj. Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto. Idus decembris Pontificatus nostri anno tertio.

Año de 1486.

Post quarum quidem litterarum apostolicarum presentationem, & receptionem nobis & per nos (vt premittitur) factas fuimus pro parte eorundem dominorum nostrorum regis & reginae debita cum instantia requisiti quatenus commissionem & facultatem per predictas literas nobis directas acceptare & ad executionem contentorum in eis procedere curaremus iuxta traditam per eas a sede apostolica nobis formam. Nos igitur Didacus Cardinalis Archiepiscopus commissarius & executor prefatus attendentes petitionem huiusmodi fore iustam & consonam rationi, volentesq; mandatum apostolicum nobis in hac parte directum reuerenter exequi vt tenemus, vbi verus obedientiae filius predictas commissionem & facultatem acceptauimus, & admissimus, acceptamusq; & admittimus per presentes. Et ad dictarum litterarum executionem procedentes, ac ad eorundem regis & reginae dominorum nostrorum patronorum antedictorum instantiam, & petitionem in ecclesijs parochialibus maioribus ac nominatissimae urbis Granatae, ac aliarum ciuitatum, oppidorum, & locorum suae diocesis beneficia, & officia ecclesiastica necnon duas ex ipsis parochialibus in Collegiata ecclesia infra scriptas & in alijs similiter beneficia & officia ecclesiastica infra scripta de eisdem petitione & instantia regis & auctoritate apostolica praedicta nobis commissa quae fungimur in hac parte denovo Erigimus, creamus, & instituimus sub hac videlicet forma. Ecclesiam parochialem sancti ~~Saluatoris~~ **Saluatoris** del Albaycin praenominatae urbis Granatae in ecclesiam Collegiatam & in ea dignitatem Abbatiam cui cura immineat animarum ipsius parochiae, & octo beneficia simplitalia seruitoria, & sex acollitatus, & duas sacristias. Et in ecclesia parochiali sanctae **Mariae de la O.** eiusdem urbis, duo beneficia cum cura, & vnam Sacristiam. Et in ecclesia parochiali sanctae **Mariae del Albambra** eiusdem ciuitatis, tria beneficia simplitalia seruitoria, & vnam Sacristiam. Ac in ecclesia parochiali san

Erige las yole  
sias de Grana  
da y otras.




21  
In ecclesia parochiali sancti **Ioseph** eiusdem urbis duo beneficia simplitalia seruitoria, & vnā sacristiam. In ecclesia parochiali sancti **Nicholai** eiusdem ciuitatis duo beneficia simplitalia seruitoria, & vnā Sacristiam. In ecclesia parochiali sancti **Michaëlis** eiusdem ciuitatis vnum beneficium simplex seruitorium, & vnā Sacristiam. In ecclesia parochiali apostolorum **Petri & Pauli** eiusdem urbis duo beneficia simplitalia seruitoria, & vnā Sacristiam. In ecclesia parochiali sancti **Ioannis** duo beneficia simplitalia seruitoria, & vnā sacristiam. In ecclesia parochiali sancti **Christophori** cum ecclesia sancti **Mathei** dicta ciuitatis ei annexa duo beneficia simplitalia seruitoria, & vnā sacristiam. In ecclesia parochiali sancti **Matthie** cum sibi annexa sancta **Ursula** eiusdem ciuitatis vnum beneficium simplex seruitorium, & vnā Sacristiam. In ecclesia parochiali sancta **Mariae Magdalene** cum sibi annexa sancti **Lazari** ipsius ciuitatis vnum beneficium simplex seruitorium, & vnā sacristiam. In ecclesia parochiali sancti **Andree** eiusdem ciuitatis vnum beneficium simplex seruitorium, & vnā sacristiam. In ecclesia parochiali sancti **Egidij** predicta ciuitatis vnum beneficium simplex seruitorium, & vnā Sacristiam. In ecclesia parochiali sancti **Lusti & Pastoris** dicta ciuitatis vnum beneficium simplex seruitorium, & vnā sacristiam. In ecclesia parochiali sancti **Iacobi** ipsius ciuitatis vnum beneficium simplex seruitorium, & vnā sacristiam. In ecclesia parochiali sancta **Annae** cum sibi annexa sancti **Ambrosij** eiusdem ciuitatis vnum beneficium simplex seruitorium, & vnā Sacristiam. In ecclesia parochiali sancti **Blasij** cum sibi annexa sancti **Thomae** ipsius ciuitatis vnum beneficium simplex seruitorium, & vnā Sacristiam. In ecclesia parochiali sancta **Elisabethe** cum sancti **Sebastiani** ipsius ciuitatis sibi annexa vnum beneficium simplex seruitorium, & vnā Sacristiam. In ecclesia parochiali sancti **Ludouici** eiusdem ciuitatis vnum beneficium simplex seruitorium, & vnā sacristiam. In ecclesia parochiali sancti **Gregorij** predicta ciuitatis vnum beneficium simplex seruitorium, & vnā Sacristiam. In ecclesia parochiali sancti **Bartholomei** cum sancti **Laurentij** eiusdem ciuitatis sibi annexa vnum beneficium simplex seruitorium,

Erige las yglesias de los lugares de la sierra.

uitorium, & vnam Sacristiam. In ecclesia parochiali sancti **Martini** eiusdem ciuitatis vnum beneficium simplex seruitorium, & vnam Sacristiam. In ecclesia parochiali sancti **Stephani** cum sibi annexa beata **Catherina** dictae ciuitatis vnum beneficium simplex seruitorium, & vnam Sacristiam. In ecclesia parochiali sancti **Cacily** de Antequeruela eiusdem ciuitatis Granatae vnum beneficium simplex seruitorium, & vnam Sacristiam. Ut praemittitur erigimus, creamus, & instituumus. Necnon in ecclesia parochiali sanctae **Mariae de Incarnatione**. Locorum de **Quetor** cum suis annexis de **Caxar**, **Monacil**, & **Queni**. Locorum praedictae Granatens Diocesis, duo beneficia simplitalia seruitoria, & duas sacristias. Et in ecclesia parochiali sanctae **Mariae** Locorum de **Quejar** cum suis annexis de **Canales**, **Penillos**, & **Cenex**. Locorum eiusdem Granatens diocesis, duo beneficia simplitalia seruitoria, & duas Sacristias. In ecclesia parochiali sanctae **Mariae** Locorum de **Quentar** cum suis annexis de **Duder**, & **Dur**. Locorum Granatens diocesis, duo beneficia simplitalia seruitoria, & duas sacristias. In ecclesia parochiali sanctae **Mariae** Locorum de **Beas** cum suis annexis de **Corte**, & **Guate**. Locorum ipsius diocesis, duo simplitalia seruitoria beneficia, & duas Sacristias. In ecclesia parochiali sanctae **Mariae** Locorum de **Alfacar** cum suis annexis de **Termul**, **Biznar**, & alqueria **Alfaqui** dictae Granatens diocesis, tria simplitalia seruitoria beneficia, & duas Sacristias. In ecclesia parochiali Locorum de **Cogollos** sanctae **Mariae** cum suis annexis de **Quebaxar**, **Galicaspa**, **Nibal**, **Tojutor**, & **Biten**. Locorum praedictae diocesis, tria simplitalia seruitoria beneficia, & duas Sacristias. In ecclesia parochiali sanctae **Mariae** Locorum de **Pulianas** cum suis annexis de **Petoros**, **Diarfate**, **Xam**, & **Qujar**. Locorum Granatens diocesis, tria beneficia simplitalia seruitoria, & duas sacristias. In ecclesia parochiali sanctae **Mariae** Locorum de **Albolote** cum suis annexis de **Jansin**, **Tignar**, & **Maracena**. Locorum Granatens diocesis, tria beneficia simplitalia seruitoria & duas Sacristias. In ecclesia parochiali sanctae **Mariae** Locorum de **Atarfe** cum suis annexis del **Mirafloya**, **Abulebin** & **Dialcale**. Locorum ipsius diocesis, vnum beneficium simplex seruitorium, & vnam Sacristiam. In ecclesia parochiali Locorum de **Pinos** sanctae **Mariae** cum suis annexis de **Abdon**, **Galafe**, **Alitabe**, & **Huecar**, **Inceilebitor**, **Daraiedid**, & **Carpacena**. Locorum eiusdem diocesis duo

Erige las yglesias de los lugares de la vejea.

beneficia simplitalia seruitoria & duas sacristias. In ecclesia sanctæ Mariae parochiali loci de *Ascorosa* cum suis annexis de *Adamuz* & de altero *Adamuz*, *Davalgualaja*, *Dalbagia*, *Mitala Zmar*, *Atramula*, *Zoyra*, & *Ansola*. Locorum prædictæ diæcesis, unum beneficium simplex seruitorium, & unam sacristiam. In ecclesia parochiali sanctæ Mariae loci de *la Mala* cum suis annexis de *Ascucar*, & *Aoron*, cum *Quempe*. Locorum prædictæ diæcesis, unum simplex seruitorium beneficium, & unam sacristiam. In ecclesia parochiali sanctæ Mariae loci de *Gurliana*, cum suis annexis de *Armi-llas*, & *Darabenaroz*. Locorum eiusdem diæcesis, duo beneficia simplitalia seruitoria, & duas Sacristias. In ecclesia parochiali sanctæ Mariae loci de *Gauia*, la grande, cum suis annexis de *Gauia*, la pequeña, *Ijar* & *Cullar*. Locorum Granatensy diæcesis, tria beneficia simplitalia seruitoria, & tres Sacristias. In ecclesia parochiali sanctæ Mariae loci de *Albendin* cum suis annexis de *Autbura*, & de *Almasacar*. Locorum dictæ diæcesis, tria simplitalia seruitoria beneficia, & tres Sacristias. In ecclesia parochiali sanctæ Mariae loci de *Dilares* cum suo annexo de *Goxar*, locorum eiusdem diæcesis duo beneficia simplitalia seruitoria, & duas sacristias. In ecclesia parochiali sanctæ Mariae loci de *Voijares* cum suo annexo de *Fornex*. Locorum præfatae diæcesis, duo beneficia simplitalia seruitoria, & duas Sacristias. In ecclesia parochiali sanctæ Mariae loci de *la Zubia* Granatensy diæcesis, duo beneficia simplitalia seruitoria, & duas Sacristias. Et ecclesie Collegiatae & parochiali oppidi  *Sanctæ Fidei* eiusdem diæcesis, annectimus *Alquerias* de *Purchil*, *Valaycena*, *Gausina*, y *la Torre de Roma*. dictæ diæcesis, ita ut curam dependentes & alij beneficiati eiusdem ecclesie Sanctæ Fidei perpetuo teneantur in eorum locorum Ecclesijs dominicis & alijs festiuis diebus Missas celebrare, & earum parochianis ecclesiastica Sacramenta ministrare. Et in ecclesia sanctæ Mariae loci de *Alnallos* cum suis annexis de *Piñar* & *Montexicar*. Locorum dictæ diæcesis, duo beneficia simplitalia seruitoria, & duas Sacristias. In ecclesia parochiali sanctæ Mariae oppidi de *Colomera* eiusdem diæcesis, unum simplex beneficium seruitorium, & unam Sacristiam. In ecclesia parochiali oppidi de *Moclin* sanctæ Mariae Granatensy diæcesis, unum simplex

Erióe las yole  
sias de las Vi-  
llas.

Erige las yglesias de Loxa y Albama.

